



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 121. Hussus comprehensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CXXI.

Sæcul. XV.
A. C. 1414.*Joannes Hussus comprehensus.*

Cardinales hoc responso contenti Hussum sub præsidio tamen custoditum dimittunt, & pomeridianis ejusdem diei horis congressi, illum in loco securo detinendum decernunt, ne, prout hucusque fecisset, iterum dogmata sua spargeret. Ergo die ad occasum declinante Pontificii Palatii Prælato datum est negotium, ut Joannem Hussum in ædes Cantoris Constantiensis Ecclesiæ deduceret, in quibus sub valida custodia detentus permansit, inde vero circumactis octo diebus ad carceres monasterii FF. Prædicatorum translatus est.

Naueler.
gener. 48.
Cockl. l. 2.

§. CXXII.

Hussus ab Imperatore liberari jussus.

Joannes Clumæus hanc Hussi incarcerationem permolestè ferens ingentes excitavit tumultus, suasque hac super re querelas ad Joannem Papam detulit, hic tamen facti hujus sese prorsus inscium esse profitebatur. Clumæus apud Pontificem operam se perdere intelligens, ad Sigismundum se convertit, qui suis Oratoribus, ut Joannis Hussi libertatem postularent, scripsit, graviter in sua epistola

Vander
Hardt tom.
4. p. 26.